



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Godefridvs Ep. 8. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

ore alieno palam fassus est, moriens Christo Christi verbis pro hostibus suis supplicavit, facultatem ob id nactus mira (quæ innumera sunt) patrandi. Sub idem ferè tempus lunæ geminam alteram lunam cœnobita vidit gladio insignem, ne dubitaret orbis, sideribus novum sidus ENGELBERTVM additum. Ex Surio.

*Optimum vindictæ genus est, culpam ignoscere, & humanitatis beneficia non negare; mala pati, & scilicidia gratia communicare. Hoc superne Deitatis opus est quæ quotidie innumerabiliter injuriis laceffitur, & sustinet; blasphematur, & non irascitur. S. Laur. Justin. de Calto connub. c. 18.*

## S. GODEFRIDVS EP. 8. Novembris.

**C**œpit GODEFRIDVS in tempore (quinquennis utpote) ad sanctitatem inter cœnobitas con-  
niti, Musis juxta & pietate succollantibus. Anno ætatis xxvi. Abbas, inde Pont. Arabianensis, mirum est quàm benignum se miseris exhibuerit, rededim quotidie de his epulo solitus excipere, ablutis suâ manu eorum pedibus; nihil utique alienum à summâ dignitate existimans, facere, quod prior Pont. Max. Christus fecisset. Et fortè benè magnum, & qui culinæ unicus superabat, piscem inde ipse asportaverat, donum leprosis stipem rogantibus. Ei rei cùm absens tunc succenseret postea œconomus, illud modò respondit GODEFRIDVS: *Etiam atque etiam videret, illène abudaret, an pauper Christus esurirot, & cilius? Et verò ut hunc reget, non dubitavit suis laciois summâ hieme se spoliare, & mendicabulum his ditare, ipse contra frigora hâc unâ charitate satis armatus. Iam clementiæ in subditos illud sit argumentum,*

mentum, quòd ad tyrannum, quem ob scelera templo proscriserat, per maxima itinera exalceatus contendit, & ad facinorum detestationem reum supplex in genua Iudex invitavit: quin tunc etiam contumacem nihilominus captivum postea in libertatem asseruit. Quòd tamen cives Ambianenses monita eius vel negligenter, vel contemneret etiam, igneos urbi exercitus imminere vidit, interitum huius, ut D. Firminus GODEFRIDO vaticinatus est, portendentes, qui non multò post reapse delapsis cælo flammis est insecutus. Nos, ne cælo Deus ignes, oculis lacrymas rectè pluemus. *Ex S. Hieronimo.*

*Si tam sollicitè corporalis fugitur mors, ut nemo mori velit, quantum fugi debet eterna? Si momentanea rationabiliter sunt evitanda tormenta, qua finem habent, quo animo fugienda sunt omni fine carentia? S. Laur. Iustin. c. 17. de Contemptu mundi.*

MEMORIA CRUCIFIXI BERYTENS.

9. Novembris.

**N**imirum facilè CHRISTO cum Carpo hodie credemus, velle illum iteratò pro nobis mori, si modò vivere nos velimus. Berytus civitas est Tyro & Sidoni contermina. In hac sub annum DCCLXV. habitare inter spinas lilia, hoc est inter Hebræos Christianos, vidissem. Et fortè Christianus ædibus suis Iudæo cessit, alioque migravit, oblitus secum ferre nobilissimam & ab omnibus retro maioribus acceptam hereditatem CHRISTI imaginem cruci suffixam, opus ab arte manu ipsius Nicodemi commendandum. Spectalles in nepotibus suis antiquos Servatoris hostes, & non jam odii simulachrum, sed ipsissimum